

ideo dicit ap[osto]lus ad Ro. ij. Tu aut[em] s[ecundu]m duriciam tuam et cor tuum impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicii dei. Et sicut videt[ur] q[uod] sicut tensio arcus et reflexio ex sua naturali habitudine et sua naturali figura dure emit tit sagittam. ita christus in iudicio cu[m] naturali est misericors. quia filius matris misericordie ex p[ar]te vna. patris misericordiaz ex alia flectetur quodammodo p[er] arcu[m] rigoris et iusticie et emittet sagitta[m] diuine sententie dicēs. Ite maledicti in igne eternu[m]. **Matth. xxv. Hec Jhs. in li. syno nymoru[m] de hoīe et rōne. vbi hō sic dicit. Actuo die iudicii. die tenebraru[m]. die amarū. ppendo q[uod] dem malū q[uod] tollero. Et ampli[us] q[uod] restat for mido. lugeo q[uod] i hac vita iā patior. s[ed] p[ro] hanc ne grauiorem patiar sententiam p[ro]timeo. grātia sunt que sustineo grauiora in p[er]petuū timeo. de p[re]s[en]tib[us] penis timeo. Sed de futuris ampli[us] p[ro]timeo. Succurre mihi de[us] me[us] ante q[uam] p[re]ueniat mors. ante q[uam] tenebre me inuoluent. Subue ni prius ante q[uam] ad tormenta p[er]e[ss]em prius q[uam] si ne termino crucier. Deus enī terrore tui iudicii terreo[rum]. pauore peccati irā tuā formido. Si enī vix iust[us] saluabit impius vbi apparebo. Quid faciā cum venerit tremendi formido iudicii? cū examen iudicii aduenerit q[uod] r[ati]o de[be]o? q[uod] ero di cturus cū a[n]i[m]a tribunal christi fuero p[re]s[en]tat[ur]? Et loquit[ur] hoc de iudicio speciali. q[uod] unusquisq[ue] p[re]s[en]tabit p[ro] morte christo ad iudicandū q[uod] vtiq[ue] valde timendū ē. Et certe q[uod] hic illud nō timet i futuro arguet[ur] grauius. Sic cōtigit illi p[ro]posito de quo scribit Ap[osto]lus. c. lxi. dicens. Mona steriū sci iacobi apud leodiū notū ē multū. Istū q[uod] adolefcens cōsobrin[us] maioris p[ro]positi cau sa deuotiōis et religionis ē ingressus. Q[uod] audi uit p[ro]posit[us] egre tulit. mādauit p[ro]sobrinū ei[us] p[er] clericos. rennuit ille. tūc p[ro]posit[us] forti manu col lecta satellitū itrat violētē cenobiū. rapit iuue nem. et nudatum sancto habitu induit seculari. Abbas ergo monasterij collectis p[re]s[en]tib[us] ciui tatis ep[iscop]o p[ro]queritur. et totū clerum p[er] tantis iniurijs interpellat. hoc cum indignanter audire vellet vix ep[iscop]us et abbatem potius impeteret du ris verbis. Flexis abbas genib[us] cum modera mine dixit. Verorū iudicē cōtra te o p[re]posit[us] in terra habere non possum. Ideo cōtra te sum mū iudicem interpellō. et infra quadraginta die s vterq[ue] nostrum compareat coram illo sentē tiam p[er] meritū accepturi. Ad hoc p[re]sul cathinās cum suis irrisit hominem atq[ue] spreuit et reppu lit exprobratuz. Quid plura die quadagesima mortuus est abbas nominatus circa nonaz ho ram. et cum p[ro] eo solenniter pulsaretur seq[ue]ns in balneo p[re]positus de diuino iudicio nihil cu rans quesituit a circūstantibus quid hoc effet?**

Mox quidam ingressus respondit abbatez san cti iacobi iam defunctum. et p[ro] eo pulsationē fieri tam solennem. Ilico recordatus p[re]posi tus quadagesimam diem esse qua se citatuz co ram summo iudice audierat ab abbate. Et con sternat[ur] animo dixit suis. Auto videte q[uod] mori turus ego sum quid faciā comparere me hodie summi iudicis conspectui oportebit? nec mora post verba hec cum balneum egredi vellet et se stinaret inter manus astantium diro eiulatu et voce expirauit. ibi p[ro] culp[is] respondere com pulsus est vbi causarum cessat strepitus iurispe ritorum aduocatio conticescet. vbi nec preces nec precium liberabunt. vbi nec inter locutoria iudicis sententiam protelabunt. Sed sola iusti cia hominem ab ira liberabit. Terreat hoc ter ribile factum aduocatos et dominos terrenos et p[er] hec sint amoniti siue cauti. Quia felix quez faciunt aliena pericula cautum. et non inferant violentiam clericis secularibus et religiosis. q[uod] qui eos violentauerit pupillam oculi domini le dit et secure dicam q[uod] si fecerint et eos in perso nis vel rebus leserint absq[ue] dubio impuniti nō transibunt. Et si punitio hec differtur tamē nō aufertur. quia dicit dominus in p[er]s. lxxiij. Quz accepero tempus. ego iusticias iudicabo. Ter tio arcus dicitur s[ecundu]m **Jhs. et bimo. c. ix. vt arce at hostes. Sic in iudicio sit quia ibi vndiq[ue] ar centur hostes christi. Sic de hoc dicit Ansel. in medi. su. P angustie hinc erunt accusanda peccata inde reus a dextris iusticia. a sinistris demonia subtus horrendum chaos inferni pa ratum. desuper iudex iratus. interius conscien tia vrens. foris mundus ardens. peccator er go sic deprehensus in quam partem se diuertit sic cōstrictus vbi latebit? Et ideo ante iudiciū para iusticiam. **Acti. xvij.****

Quinta quinta post octauas pasce. Sermo. j.

Etote facto res vbi et nō auditores tñ fal lentes vosmetipsos. **Pa. j. di cunt medici et p[re]cipue Quicēna cib[us] suauis et sa porabilis sine masticatione deglutitus minime nutrit. Sed in corruptionem permutatur. quia in dentibus prima digestio celebratur. Mora liter per cibum corporalem intellige doctrinaz spūalem. q[uod] sicut ad cibum corporalez octo req[ui] runt vitz p[re]paratio. masticatio. in loco digestio nis receptio. et in liquore cōuersio. liquoris in humorem mutatio. ipsius per membra distribu tio. ipsius cum membris assimilatio et incorpa tio siue in naturam cōuersio. Sic cib[us] spūalis**

Dominica quinta p^a pasce

1 doctrine. **P**rimo a predicatorum preparatur dū
legitur debent enim predicare volentes sacras
scripturas sp legere. quia sunt sicut colibe que
resident circa fluēta plenissima. **D**ebēt enī se
dere circa fluēta euangeliorū ⁊ sacre scripture.
Ideo dicit dī. xxxvj. c. Qui ecclesiasticū. vbi dicit
Predicatores per quos ecclesia circūferē sacris
litteris semp debent insistere ne tūc querant dis
cere cum ex officio alios debeant docere. **S**e
cundo cibus spūalis masticaū dum in meditati
one disquerit. **S**ic masticauit **D**avid doctrine
verbum cum ps. cxvij. dixit. meditabor i man
datis tuis que dilexi. **E**t iterum in ps. xxxvij.
In meditatioe mea exardescit ignis. vīcz cha
ritatis. **Q**uia dum doctrina lecta in corde me
ditatur tunc charitas magis augmentat. **T**er
tio in loco digestionis recipit dum in memoria
recondit. **J**uxta illud **Preu. iij.** Memoria me
mor ero ⁊ tabescet in me anima mea. **Q**uarto i
liquorem mutatur dum diligenter exponitur et
populus per ipsum doctrinatur. **Q**uia dicitur
xxxvj. di. c. Qui ecclesiasticū. s. ex quib⁹ oibus
q non sufficit platis bona puerfatio nec morū
honestas nisi addatur scientie doctrina. **Q**uin
to in humorem conuertitur dum deuote predi
catur ⁊ humiliter dicitur. **N**ā cibum spūalem p
ponens indiget spūsancti gratia. ⁊ hec non re
quiescit in corde superborū. s. humiliū. **J**uxta
illud **1sa. xli.** **S**up quē requiescit spūs me⁹ nisi
super humilem. ideo debet esse humilis. **S**exto
per membra distribuit dum diuersis auditori
bus fm eorum indigentiam predicatur. **J**uxta
illud **Matth. xli.** **I**te docete omnes gentes. ⁊
Mar. xli. **P**redicate euangelium oī creature.
Septimo tūc mēbris assilatur cū attente ⁊ mā
sue ab auditorib⁹ suscipitur. **J**uxta illd **1sa. i**
In mansuetudine suscipite insitū verbū. **O**cta
uo tunc vero incorporatur ⁊ in naturam corpo
ris conuertit dum in ope pficitur. de quo dicit
hic apłs. **A**harissimi estote factores verbi ⁊ nō
auditores tantū. **Q**uia nisi fm verba dei bona
fecerimus quasi cibum non masticutum deglu
tinamus qui nihil nutrit. **S**ic nec cibus spūalis.
Ideo estote factores ⁊c. in quib⁹ verbishorta
tur nos ad duo. primo ad verbi dei operationē
ibi. **E**stote factores verbi dei. secundo ad veri
tatis locutionem ibi. **S**i quis autem putat **A**ir
ca primum nota auditus verbi dei qualis ē de
beat ostendit ex ipsis auribus. **P**rimo quia ipe
aures sunt aperte. nō enī aliquando claudunt.
Sicut oculi vel os in quo moraliter ostenditur
q homo semper debet esse paratus ad audien
dū verba dei. quia dicit **Richardus** de sancto
victore. **A**udit⁹ verbi dei pncipium est peniten
tie consolatio anime. dulcedo iocunditatis cau

sa oīs actiōis sacre. origo toti⁹ felicitat⁹ bñiti
dinisq⁹ eterne. **E**t nota q⁹uis verbum dei semp ē
audiendū. attū dñicis diebus ad audiendū illd
ex pcepto obligamur. ideo tūc debet audiri cū
reuerētia ⁊ auditate. **N**ā cū magna reuerentia
ac desiderio iret infirmus ad reliquias sancto
rum p quas crederet se sanari. **T**ales enim re
liquie sunt vba dei. q expellūt ⁊ sanant oēm lan
guorez. s. vij. pctōz mortaliū. **S**ic habes sup⁹
pte pma dñica **J**udica. ser. ij. **A. A. A.** ideo dī
1sa. xvi. **N**eq⁹ herba neq⁹ malagma sanauit
eos dñe. **S**z fmo tu⁹ q sanat vniuersa. **S**ed q⁹
vbi dei nō est minoris efficacīe q scōz alique
reliquie. mirabile est quō aliq⁹ infirmus in aio
remaneret a fmo nisi curaret. q⁹ q ex deo est
vba dei audit. **1sa. xvi.** **S**cdō aures sunt carti
laginose. quia duab⁹ de causis fuit hoc necessa
rium. **P**rimo ppter defensionē. defēdit enī ne
nocumen decidat in auditū. **S**cdō ppter iuuā
men q⁹ vox pcussi aeris cum ad cartilaginem p
tulerit fortiter adiuvāt intra foramina audit⁹
Moralit⁹ per hoc q aures sunt cartilaginosē si
gnificat q illud qd audit hō in fmo ne post
ea p obliuionē pdat dī in charta scribere si lra
tus est. **Q**uia dīc metrīsta. **P**lor audita perit lit
tera scripta manet. **S**tultū est enī ppter pñdēti
am memorie non scripture cōmendare. ideo dīc
sapiēs. **S**cribe sapiam in tpe vacuitatis. **E**cclī.
xxxvij. **S**i aut auditor vbi dei est illrat⁹ debet
ea scribere in libro cordis sui. **J**ux illd qd canit
ecclesia. **A**udi israel pcepta dñi. ⁊ ea in corde tuo
qñ in libro scribe ⁊ dabo tibi terrā fluentē lac ⁊
mel. **S**ic vgo maria scripsit oīa vba hec confe
rens in corde suo **Luc. ij.** **I**ta etiam iste scpsit in
corde suo vba dei. de quo legit in vitaspa. li. iij.
c. clvj. q fuit multo tpe fornicatiōib⁹ dedit⁹ mē
te ⁊ corpe ⁊ igressus ecclesiaz audiuit vba **1sa. i**
Lauami mūdi estote auferite malū cogitationū
ab oculis meis ex qb⁹ cōpunct⁹ est ingemiscēs i
tra se dixit. **D**ñe iesu q venisti saluare pctōres
ecce amodo ex toto corde pñtebor. ⁊ vltim⁹ ma
la nō faciā s. fuiā tibi i pñcia mūda. **E**t q⁹ hec v
ba i corde suo iseruit ⁊ ppter illa penituit. ideo
paul⁹ abbas ipm cū clara facie egredi ecclesiam
pspexit licz añ niger itraffet de hoc vide exem
plū clar⁹. i. pte positum. dñica. lx. ser. ij. **B. A.**
Tertio aures sunt pforate. s. sunt hec foramina
sic transfusa ne frigid⁹ aer nimis cito intrās in
teriores pñiculos ledat. ⁊ ne nociuū aliqd ac
cedat. qd auditū impediāt. **V**t dicit **Cōstantin⁹**
in quo significat moralit⁹ q⁹ q vba dei audiūt de
bēt se transuicere meditādo. ⁊ ea frequēt⁹ re
citando vel vba dei audita trāsfuerūt. q⁹ ea cor
de pscrutando discernūt. ⁊ in affectū opīs pdu
cunt vīcz fm ea faciendo. **N**am qui verba dei

audiunt et non faciunt. Sed ut sciāt loqui. similes sunt leccatorib⁹ gustantibus plura vīna nō vt emant. Sed vt possent dicere alijs illud bonum istud melius. vel sunt similes militibus vlt clericis euntibus ad nundinas non vt emant vlt vendant. Sed vt tantū loquant⁹ vel etiam similes sunt cribro quod si ponatur in aqua statim repletur. sed nihil remanet cum extrahitur. Sic cum sermonem audiunt aqua compunctionis et deuotionis sunt pleni. Sed cū recesserint sunt vacui et auditorum memoriam non habent. de hoc etiam dicit **4cē. xxi.** **4or** fatui quasi vas confractum omnem sapientiam nō tenebit. verbum sapiens quodcūq; audierit sanctus et c. et certe si non retinent minus sū ea faciunt. ideo conqueritur domin⁹ **4zech. xxxiii.** Audiūt sermones meos et non faciunt eos. Vel talis homo qui auditor est verbi dei et non factor comparatur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo. considerauit enim se et abiit et oblitus est qualis fuerit. **Moraliter** per speculum significatur sacra scriptura in qua non solus videmus deum. Sed etiam mores nostros. s. quales esse deberemus. q̄ sū lege dei viuere deberemus. vel doctrina ideo comparatur speculo qz docet qd sit purgandū in facie corporis. **3o** dicit Hiero. in eplā ad demetriadem virginem vt ere lectione diuina. vt ere speculo. vel vide speculū feda corrigēda pulchra conseruanda et pulchra faciēda. Scriptura enim speculum ē feda ostēdens et corrigi docēs. **Qui** alludit **btis. Areg. iij. moral. c. j.** Sacra scriptura quasi speculum quoddam mentis oculis opponitur vt interna nostra facies in ipsa videatur. ibi enim feda ibi pulchra nostra cognoscimus ibi sentimus q̄tū p̄ficimus q̄tumue a p̄fectu distamus. hec ille. **Sunt** enim qdā qui sicut in speculo sic in sacra scriptura vel verbo dei vident defectus suos et ad horam compunguntur. Sed cū recesserint a loco statim obliuiscuntur et agūt vt prius. ac si nunq̄ audissent vel vidissent se esse in magnis peccatis. **Sunt** et alij qui habent in facieb⁹ aīa rum suarum maculas manifestas peccatorū et tamen nolunt accedere ad speculum sacre scripture. recte sicut ille qui habet in facie sua corporali aliquā maculam corpalem et notabilem abhorret se in speculo videre. et si interdum speculum inspexerit. tamen nullū sibi placebit. sic narrat de quadam difformi et turpi puella. **Ista** enī vt dicit **bolcot lec. c. j.** **4ortam** habuit faciē et elongatam. et quotiēs respexit speculum doluit et offendebat. difformitatem aut suam semper speculo imputauit. ideo plura specula fregit q̄si omnino deprauātia mulieres. **Ita** etiā est in ecclesia de hominibus multū vitiosis. nec vitā su-

am volentes emendare. nullus sūmo bonus eis placet per quemlibet bene predicantē offenduntur. **Semper** perpendunt in isto speculo vitam suam esse turpem et distortam. nō tamen se corrigunt per penitentiam. Sed q̄tūcūq; bene audierint de scripturis statim. ppter veterē cōsuetudinem obliuiscuntur quales in speculo describuntur. de talibus bene dīr hic. **Si** quis ē auditor verbi et non factor. **Et** ideo bene p̄mittit estote factores verbi et non auditores tñ. **Itaq;** legim⁹ **4xod. xxxviiij. q.** **Moyſes** de mandato domini quoddam fecit lauatozium qd ponebatur inter tabernaculum et altare. in cuius margine superius erant specula interius continebatur aqua vt sacerdotes anteq̄ ad altare accederent inspicerent si aliquam maculam ad alluendum haberent. **Sicut** dicit magister in histo. et scēa haberet alluendo deleter anteq̄ accederet ad altare. **Isto** modo moraliter i scriptura sacra est interius aqua gratie et deuotionis. et exterius in verbo doctrine sunt specula informationis sincere vt omnis homo inspicere possit seipsum et emendare quod fuerit defectuum. **Quarto** aures sunt multipliciter passivae. **Nā** aliquando patiuntur ex apostematione et exinde venit eis sorditas innaturalis. **Si** autē vis curare et hoc apostema maturare dant medici talē doctrinam vt patiens apostema auris recipiat folia ebuli vulgariter etlich. raphani maioris camomille centauree et betonice et decoquant illa simul in vino vel aceto et fiat emplastrum super aarem vel recipiat stercus columbinum mixtum aceto. et hoc soluit. **Moraliter** apostema auris intelligit odium vel rancor cordis. q̄ audiens concipit ex auditu verbi dei. **Sicut** dicit de illis **Amos. v.** **Odio** habuisti corripientē in porta et loquentē perfecte abominati estis. s. doctrinam eorū spernendo. **Si** autē vis curare hoc spirituale apostema odij vel rancoris contra predicatorē conceptum perpeudā amaritudinem mortis. que intelligitur per amaritudinem foliorum herbarum predictarum. hec inq̄ amaritudo mortis quam communiter predicatorē patientur odientes et eius detrahentes ē decoquenda in aceto amare pene inferni. vt videlicet cogitantes q̄ amare morieris et dire in inferno crucieris. **Sicut** ille de quo refert **Vincen. in spe. histo. li. xxiij. c. cxx.** cum fact⁹ amād⁹ traicteñf. vrbis epus in vasconia verbum dñi predicaret lubricus quidam ioculator et leuis contra ipsum odium concipiēs verbis eius detrabere cepit qui statim a demone correptus p̄prijs dentibus et discerpens. et q̄ iniuriam viro dei fecerat confitens statim amare expirauit. et fortassis amariorē penā inferni inuenit

Dominica quinta p^a pasce

Si enim hoc pones super aures interiores anime tue utique tunc curaberis ab odio et rancore. **S**cdo auris patitur ex vermium inratione. et fin medicos cura est ut imponantur amara et acetosa. nam colloquintida que est herba amara debet coqui in aceto cum eleboro. et debet fieri vaporatio in aurem et necantur omnes vermes. per vermes moraliter intelliguntur diabolice cogitationes vel concupiscentie carnales qui vermes hic non moriuntur. **J**uxta illud **Esai. xlvi.** Vermis eorum non moritur. quia quod diu homo vivit in hoc mundo a diabolo temptatur et a carne sua impugnatur. **I**sti vermes spirituales impediunt verbi dei auditores. quia dicit **Luc. xliii.** quod diabolus venit scilicet per temptationem. et tollit verbum de cordibus eorum ne credentes salvi fiant. de carnalibus autem dicens. **S**apiens audiuit scilicet luxuriosos. scilicet. verbum dei de castitate et displicebit ei et projiciet illud post dorsum suum. **Eccl. xxi.** Si ergo vis ut hi vermes aliquantulum moriantur recipe colloquintidam per quam intellige mortem ratione amaritudinis de qua **Eccl. xlii.** **M**ors quare amara est memoria tua. hanc decoque in aceto supplicij infernalis. et evapora per meditationem in aurem mentis. quia dicit **Amandus li. i. ca. x.** **A**uxuriosi et qui in deliciis suis carnem nutriunt et in obstinatione sua perduraverint. a serpentibus deuorabuntur. a buffonibus ignitisque aculeis usque ad viscera torquebuntur. **T**ertio auris patitur ex mala nervi contractione seu dispositione. et hoc fit quando aliquis volens audire verbum dei retrahitur a malis suggestionibus aliorum ut sic a bono proposito desistat. et cum eis ad tabernam et iantacula vadat. et deo suo scilicet ventri diligens ministerium faceret. **E**st enim taberna templum istius nequissimi dei turpissimi. in quo cultores ventris inveniuntur assidui a mane usque ad meridiem in comestationibus. in pudicijs occupati. de quo templo verificatur illud. **ij. Machab. vi.** **T**emplum luxuria comestationibus erat plenum et scortantium cum meretricibus. non solum autem a mane usque ad meridiem. sed etiam usque ad mediam noctem. isti deo seruiunt in templo suo ut verificatur illud **Apo. vii.** **S**eruiunt ei die ac nocte in templo suo. **Q**uis fructus ut querit **holcot** lectione. **cxl.** puenit eis inde: certe districte contrarium illius quod intendunt. **N**am per cibum potum ludum. plongare reputant vitam et cum manibus vel operibus propriis se occidunt. **F**igura istius habetur. **iii. Reg. xix.** ubi legitur. **S**ennacherib dum adoraret in templo deum suum propriis filiis occisus fuit. **S**ennacherib interpretatur alleuans defectionem et significat potato rem quemlibet qui timet si intraret die dominica ad ecclesiam ad verbum dei audiendum et divina

officia in corpore suo deficeret. dicunt enim predicator diu predicat et misse pertrahunt. quare ob illam defectionem reuelandum ad tabernas vadunt et ibidem propriis filiis. id est. operibus suis malis occiduntur tam in corpore quam in anima. quia plures propter crapulam gulam et ebrietatem pereunt. quam gladio fame siue peste. ut dicit **Salien.** **E**cce illud est templum insolentie quod deus venter habet. **S**cdo deus iste habet altare affluentie quod in mensa sua de qua exponitur illud **ps. lxxviii.** **S**icut mensa eorum coram ipsis in laqueum. **E**st enim de diabolo sicut de aucupe. hic enim ubi maioris copiam cibi spargit. ibi laqueum abscondit. ut dum aves avidius comedant citius capiantur per pedem vel per collum. **E**odem modo inter fercula et pocula que super mensam ponunt collocat diabolus laqueum gule ut excessivos et voraces similiter comprehendat. **J**uxta illud **Eccl. ix.** sicut comprehendunt aves laqueum. sic capiunt homines aliqui per caput. quia forte loqui non possunt. nec sensibus alijs bene uti. aliqui per pedes qui licet garrulare valeant incessu tamen priuantur. ut de hoc altari verificetur illud **ps. l.** **N**unc imponent super altare tuum vitulos. **T**ertio iste deus habet sabbatum somnolentie. **S**abbatum idem est quod requies et certe cultores ventris cum in templo deo suo seruiunt fatigati a ceruisia vel vino necesse habent perfundere dorsum et crastino die tarde ad ecclesiam dei venire sabbata eius custodire ut sic de quolibet exponatur illud **Job. ix.** **N**on est hic homo a deo. qui sabbatum non custodit. **Q**uarto habet deus iste sacrificia supfluitatis. que sunt diuersa fercula sumptuose et curiose parata. que magis nocent quam proficiunt. nam nocent anime. quia ipsam damnant quod probatur. **xliii. di. c.** non liceat. **S**i si ergo. ubi dicit **S**i comestationes damnabiles sunt laicis multo magis sacerdotibus imputantur ad gehennam. **U**bi dicit **glo.** comestationes facere. scilicet. de perfectis peccatum mortale est quod credit **Hugo** quandoque non vero semper scilicet tunc solum cum deducunt in consuetudinem. ut ait **Hiero. xxxv. di. c.** ab exordio. et de conse. **dis. v.** ne tales. **I**tem nocent nature. quia infirmitatem causant. quia paucis minimisque natura contenta est. **Q**uius facietate si supfluis vrgere velis quicquid supinfundere velis aut iniocundum fiet aut noxium. dicit enim **Hieronymus li. ii. psa. ii.** **M**ultos morbos multa fercula fecere. de istis sacrificijs dicit **Esai. i.** **N**e auferatur ultra sacrificium frustra. **Q**uinto habet oblationes iniquitatis. iste oblationes sunt scortationes et simbolizationes quas libenter faciunt in taberna quam oblationes in ecclesia. de hac oblatione dicit **Eccl. xxiii.** **I**mmolantis ex quo oblatio est maculata. **S**exta habet incensum voluptatis. **E**c

est species confectiōis et electuaria odorifera
balatus inflāmantia ut potibus delectent. et i-
perceptibiliter ingrediatur. de hoc incenso dicit
per prophetam. **Esa. i.** Incensum abominatio est
mihi. **Septimo** habet sacerdotes laboriosos.
hi sunt venatores. piscatores. coci. et ceteri sibi
fuerunt. quorum tota sollicitudo est parare sacri-
ficia deo veteri. de his sacerdotibus dicitur in ps.
xxviii. Moyses et aaron in sacerdotibus eius
Moyses interpretatur assumptus de aquis. et si-
gnificat piscatores. aaron qui vitulos et arietes
iugulauit macellariū significat. et hi sunt iter
sacerdotes dei ventris. **Octauo** habet cātato-
res luxuriosos qui cātilenas et lasciuas vocibus
effeminatis et gestu meretricio cum musicis in-
strumentis decantant. **De his dicitur Esa. v.** Ne qui
confurgitis mane ad sectandam ebrietatem. et
potandum usque ad vespem ut vino estuatis et
cithara et lyra et tympanum in conuiujs ves-
tristis. et opus domini non respicitis. **Nono** ha-
bet iste deus lectores suos mendosos. et hi sunt
histriones. ioculatores. adulatores. et menda-
ces cantatrices promittentes illum sonum a quo
lucratur victum sibi. **Quarto** auris patitur
propter nature defectionem. vel propter inobediētiam
materie. et sic aliqui auditus non habetur ex de-
fectu foraminis quod in principio neglexit perficere
Hic moraliter aliqui deficit aliquis circa auditi-
onem verbi dei. quia illud quod audit non pene-
trat cor eius. et hoc vel est ex defectu naturalis
intellectus videlicet quod homo non intelligit quod
audit. **Sicut** dominus dixit discipulis adhuc
rudibus. **Mat. xv.** Adhuc sine intellectu estis
vel quia non recipiatur cum affectu et volunta-
te obediendi vel faciendi. **Contra** quod dicit hic
apostolus. **1. Cor. ii.** Stote factores verbi dei. **Quinto** quod
aures hominis sunt parue. **Nā** sicut dicit plerumque
li. i. aialium. Homo inter omnia animalia habet au-
res immobiles et breuiores. sed ad audiendum ma-
xime efficaces. et hoc est propter bonitatem comple-
xionis. in quo moraliter significatur quod homo
in audiendo verbum dei debet esse firmus et quietus
sicut maria magdalena qui sedebat secus pedes
domini et audiuit verbum illius. **Luc. x.** et hoc signi-
ficat aurium immobilitas. **Sed** breuitas aurium
significat quod homini delectabilis et competens est
non plura sed doctrina brevis. unde predicatio-
nes non debent esse longe sed breues et succin-
cte. que auditum delectent et animum non grauent
unde hugo de sancto vic. in didascal. li. v. dicit. quod le-
ctio duobus modis fastidium animo ingerere solet
et affligere spiritum. qualitate videlicet si obscurior
fuerit. et quantitate si plurius extiterit. in quo uti
moderamine magno oportet ne quod ad refecti-
onem questum est sumatur ad suffocationem. hic

conclude sermonem. **Quantum** ad secundum prin-
cipale hortatur nos apostolus ad veritatis locuti-
onem. cum dicit. **Si** quis autem putat se religiosum
esse. et non refrenans linguam suam. huius vana
est religio. **Circa** quod nota. homo debet linguam
suam refrenare a multis. **Primo** a mendacio.
dicit enim **Aug.** li. xliii. de trinitate. c. xv. eo quippe
mens imago dei est quo et capax est eiusque parti-
ceps esse potest. **Et** ideo sicut in trinitate paterna
persona gignit verbum quod est veritas. ita mens
humana nullum verbum aliud gignere debet
nisi verax. **Iuxta** illud **Eccli. xxxvii.** Ante omnia
opera verbum verax precedat te. de hoc quod plu-
ra parte. i. feria. vii. post iudica. **A. A. J.** Narrat
enim historie. quod cum **Guilhelmus** dux normanie
regnum anglie acquisiuisset deliberauit quod lin-
guam saxoniam destruere posset et anglia et
normania in lingua concordare. ideo ordinauit
ut nullus in curia regis placitaret nisi in galli-
co loqueretur. et iterum quod quilibet puer posi-
tus ad litteras disceret gallicum. et per gallicum
latinum quod duo ad usque obfuerunt. **Isto** modo mo-
raliter princeps huius mundi diabolus est. **Iob**
xvi. Princeps huius mundi iam iudicatus est.
Sed verum est quod principatum suum non habet in
hoc mundo hereditaria successione sed violenter
oppressione. et ideo non est heres sed conque-
sitor. ideoma suum in puincia infernali est me-
daciū. quod dicit **Iob. viii.** Cum loquitur meda-
cium ex proprijs loquitur. et ideo ut concordet
mundum cum puincia infernali in ideomate ordi-
nauit. quod omnia secularia in consuetudinibus imi-
tationibus. et commutationibus vertantur medacijs
ideo dicit **Thyrsio. dist. lxxviii. c. xxi.** Mer-
cator sine periurio et medacio esse non potest. **Et** si-
cut puer docendus in schola primo discat galli-
cum. ita puer applicandus seculo cum studio et la-
bore addiscit loqui mendaciū. **Iuxta** illud **hier.**
ix. Docuerunt linguam suam mendaciū. **Et** nota
ad refrenandum linguam ab hoc peccato
primo possunt valere verba sacre scripture que dis-
suadent nobis mendaciū. primo verbum poni-
tur **Eccli. iiii.** Ne accipias faciem aduersus faciem
tuam. nec aduersus animam tuam mendaciū.
dicit glossa. **Faciem** aduersus faciem suam accipit qui
veritate exclusa a corde suo que est dei similitudo
falsitatem que est diaboli facies assumit. **Secun-**
dum verbum quod dissuadet mendaciū ponitur
Eccli. vii. Noli amare mendaciū. **Et** in eodem. no-
li velle metiri omne mendaciū. **Tertium** ponit-
ur **Leuit. xix.** Non mentiemini neque decipiat
vnusquisque proximum suum. **Secundo** potest valere ad
refrenandum linguam ab hoc vitio. quia hoc pec-
catum est diabolicum. **Primum** enim mendaciū
dixit diabolus. **Gen. iij.** Nequaquam moriemini.

Domica quinta post pasce

ideo dicit de ipso Joh. viij. Mendax ē et pater eius
Ipse ē pater mendacij. qz pater est. et ideo pater hoīs
qui mēditur. Naz hō mendax filius est diaboli
imitatione. iux illud vos ex pater diabolo estis
et desideria patris vestri vultis facere. Joh. viij.
Sed. d. a. videtur qz omnes hoīes sint diabo-
li filij et imitatores. eo qz oēs sunt mendaces.
Iux illud ps. cxv. Ois hō mendax. Et roma.
ij. Et aut de verax. ois homo mēdax. rīdet
hō ex se potest esse mēdax. qz volūtas sua mu-
tabilis ē. sed ex deo verax. Sz ad dictū David
dicit qz hoc dixit. Iux illud dictū. ij. elenē. Con-
turbati minus pudent. ideo dixit. Ego dixi i ex-
cessu meo. i. puent turbatione. Naz in Hebre.
habetur. Ego dixi in festinatione vel subitane
mea. qz ex turbatione mētis precipitater locutus
fuit ois hō mendax. Tercio pot valere ad hoc
qz pater illud mēbrum inqnat in quo magis in-
decens est imūdicia videlz os. reddit enī illud
abominabile deo. Iux illud Prover. xij. Abo-
minatio ē labia mēdacia. Quarto pot valere
ad hoc qz pater illud hoīez falsū reddit. Quā-
tum enī pualet denari⁹ bon⁹ denario falso. tū
pualet hō verax homini falso et mēdaci. vnus
bon⁹ denari⁹ centūz pualet falsos. et vnus hō
verus centū mendaces. vñ multo melioraret
aliqs si remoto peccato mēdaci⁹ vera de cete-
ro loqret. Quinto pot valere ad hoc. qz mēda-
ciū ē quoddā gen⁹ veneni qd tāte efficacie ē qz
i ipso ore p̄sistens ipm hominē occidit. Sap. i.
Os qd mentitur occidit hominē. et certe mirū
ē qz miseri hoīes nō timent cum venenū illud i
ore sentiunt. Prius ē venenum illud materiali
veneno sicut causa solet deterior eē suo effectū
Secdo refrenanda est lingua a multiloquio. qz
multiloquiū hoīez odiosū reddit. pauciloqui-
um vō amabilē. Nā interrogatus qdam phs
quō quis posset placere hoīb⁹ ait. Si gesseris
optima et locutus fueris pauca. ideo dicit Sap.
Eccl. ix. Terribilis i ciuitate sua hō litigiosus
et temerari⁹ in vbo suo odibilis erit. ideo nota
qz huic vitio opponitur silentiū et taciturni-
tas. Est enī silentiū vtuosum pmo custos p̄sci-
entie. Naz Prover. x. dicit. In multiloqō nō de-
erit mēdaciū vel p̄ctm. scz falsitatis. qz aut mo-
derat labia sua glo. fm moderamē recte rati-
onis dicēdo dicēda. tacendo tacēda. tpe loco
et alijs circūstantijs debitis prudentissim⁹ est.
vñ credo dicit Pol. lec. cc. qz qz ē pronus
ad loquēdū illi⁹ p̄scientia cito ledit. Et sic nul-
lus thesaur⁹ secur⁹ reponit in cista que nō hz
seram. ita nec vtutes diu manent i p̄scientia ho-
minis qz imoderatus ē ad loquēdū. ideo taci-
turnitatē cōmēdans Orige. dicit. Taciturni-
tas ē p̄fecte cbaritat⁹ acq̄sitio. vere pacis cō-

seruatio. amicorū multiplicatio. eterne beati-
tudinis adeptio et oīz vtutū p̄sumatio. Qua
propter antiq phs silentiū docuerunt et tenuerunt.
Naz pictagoras docuit discipulos suos
vt p quinquēniū tacerēt. et interim sufficien-
ter instructi tanq̄ eruditi sapiētia loqrent. Et
idem dixit loqui ignorat qz tacere nescit. Et ite-
rum. Qui inq̄t multū loq̄tur signū est qz p̄p-
intelligit. Siliter simonides phs docuit silen-
tiū tūti⁹ ē inq̄t tacere qz loqui neminē tacēdo.
multos aut loquēdo cognouim⁹ circūuentos
abbas etiā agathon lapidem p trienniū in os
posuerat vt disceret taciturnitatē. vt legitur i
vitaspa. Inuenitur s quodaz milite potente qz
voluit intrare in religionem et misit quendā va-
sallum ad abbatez iniungēs ei qz diceret abba-
ti se velle istam religionē intrare. Addit etiam
qz diceret se mutū paratū tū in oīb⁹ se obedire
Qd ideo fecit. qz sepe i lingua offenderat et co-
gitauit qz nisi caueret sibi lingua et auferret bo-
na qz ibi faceret et recept⁹ miles ille i religione
illa credebatur mut⁹. Exiēs aut quadam vice
cum abbate ad quēdaz militē qz laborabat in
extremis. vidit aīaz eius cum ipse morerēt mi-
serabiliter a demonib⁹ trahi. et cōpatiēs clama-
uit. et discedētes inde obuīū aliū militē habue-
runt qz p̄misit abbati qz abrenūciaret seculo. et
cū p̄cederet in quodā pōte. temptans viā corā
abbate decidens de pōte submersus est. cuius
animā vidit miles ab angelis in sp̄e monachi i
celū deferri. et solutus est in gaudiū. Ecce illa
dignatus est sibi dñs ppter silentiū demonstrare.
Quz aut abbas venisset ad claustrū abiura-
uit militē in virtute obediētie vt sibi diceret si
loqui posset cur in morte illoz duoz se taliter
habuisset. Qui inq̄t miles male fecisti. qz cōtra
p̄positum meū me loqui fecisti. Sz tū tibi indi-
cabo et oīa ei per ordinē enarrauit. deinde pe-
tijt vt aliquo recluderēt loco vbi taciturnitatē
sue p̄positūz posset fuare. Et quare sic dilexe-
runt certe dico. qz hoīes tpe belli libenti⁹ ma-
nent in ciuitatibus muratis qz extra. qz ibi est
maior fortitudo. ita bone persone in silētio mu-
nite sunt magis qz fortia castra. Iux illud Esa.
xxx. In silentio et in spe erit fortitudo v̄ra. Se-
cundo silentiū ē frenū insolētie. nobiles enim
equi frenantur. Sed viles et nullius valoris fre-
nis nō vtūtur. Eodē mō moralitē sancti viri qz
xpm ferūt p obediētā frenant p̄ silentiū a ser-
monib⁹ indiscretis et periculosis. Iux illud
Eccl. xxvij. Verbis tuis facito stateram et fre-
nos ori tuo rectos. p his frenis petit dauid in
ps. cxi. Pone dñe custodiaz ori meo. et hostiū
circūstātē labijs meis. vbi dicit m̄gr i glo. per
os itelligit os cordis Sic petijt cordi et ori ap-

poni custodiam ne stulta promat. **Tertio** silentium est decore innocentie. **Na. j.** pollit. dñ. **Silentiū** mulieris pstat ornatum. vñ qdā phs dicēti sibi mala dixit talia nō curo. qz audit⁹ debet esse robustior lingua cuz hoib⁹ singulis sit vna tm lingua. ⁊ aures bine. **Quarto** silentiū ē signū sapiē. qz **Eccl. xj.** Sapiēs tacebit vsqz ad tps. ⁊ **Prover. xviij.** Stult⁹ quoqz si tacuerit sapiēs reputabit. ideo dñ. **Sen.** Taciturnitas hoīs stulti sapia ē. scz reputāda. **Nā** qdā phs cuidā rustico i quiniū taceti ait. **Ex docti** solū hoc habes. ppter hoc ait **Job. xiiij.** Utinā taceret. vt reputarem esse sapiētes. aq quāta pfundior tāto qetior. **Modē** mō sapiētes quāto pfundi⁹ sciūt tāto qetius silēt. **Prover. xviij.** Aq pfunda verba ex ore viri sapiētis pauper mercator trāsiens de villa plura hz vba q va dens de patria. ita est q sciēs paucissima semp ē iactans de nihilo. ideo dñ. **Prover. xiiij.** Ubi plurima sunt vba ibi frequēter egestas. **Et per** oppositū habētes diuitias sapiētie ⁊ prudētie cum modestia ⁊ insilentio expmunt animū suū. **Iux illud Esa. viij.** Aque siloe currunt cum silentio. et interpretatur siloe missus. ⁊ significat quēlibet doctore vel p dicatorē q missus est a deo imediate. vl a supiorib⁹ ad docēdū. cuius qdem aque videlz sapiētie currere debēt cuz silentio ⁊ non magno superbie strepitu. **Quia** **Eccl. ix.** Verba sapiētū tunc audiunt cum silentio. ideo metrice dñ. Scire loqui decus ē et scire docere. **Hec** duo si scire poteris. peritus eris. **Tertio** refrenāda est lingua a detractiōe. **Iux illud Sap. j.** Custodite vos a detractiōe ⁊ parcite lingue. **Dicit** enim q aues habētes linguas ptitas nūq bene loquūt. **Aues** moraliter significāt hoīs. **Iux illud Job. v.** Auis nascit ad volādū. ⁊ hō ad laborē. isti qdem habent linguas ptitas. qz in eadē narratiōe vbo rū. de psona dicunt qdā bona qdā mala. mala pferūt p se ⁊ pncipaliter. bona vō p accidēs ⁊ secundario. vel habēt ptitas linguas q blandiunt in pntia ⁊ mordēt i absentia. **Et** ideo de ipoz linguis notabiliter dicit. **ps. v.** Sepulcruz patens ē guttur eoz. linguis suis dolose agebant. ille q in ludo scacoz nouit bñ ludos par titos de facili pt circūuēire ⁊ mattare sociū. ⁊ ita isti dolosi detractores a tergo ⁊ adulato res in facie facillime circūuēiunt imprudentē. **Sic** diabol⁹ deceptit euā. **Sen. iij.** Nequaq enī moriemini. scit enī de⁹ q in quocūqz die comeditis ex hoc aperient oculi vestri ⁊ eritis sic dii sciētes bonū ⁊ malū. **Ecce** q ibi fuit detractio ptra deū imponēs sibi inuidiā ⁊ alia adula tio mulieris. pmittētes ei imortalitatem ⁊ oēz scientiam. **Sic** adhuc sunt multi hoīs siles di

abolo q vt decipiāt. primum alijs detrahūt q sunt absentes ⁊ laudāt pntes. **De his** dñ. **Esa. lxj.** Pro pfusione vestra duplici ⁊ rubore laudabūt ptem eoz. **Isti** figurant p amon regem amonitaz. **De quo. ij. Reg. x.** Qui tulit suos dauid ⁊ rasit dimidiāz ptē barbe eoz ⁊ pcidit vestes eoz vsqz ad nates ⁊ dimisit eos confusos turpi valde. **Ito** mō detractores q signi ficanur amon qui iterptat popul⁹ iniqu⁹ vñā partē radunt p adulationes suauēs ⁊ aliam dimittunt reseruātes i memoria vt i absentia detrahant. ⁊ vestes pcidunt vsqz ad nates. vestis enī hoīs ē fama bona ⁊ honesta. istā vestē pci dunt vsqz ad nates. i. vsqz ad denudationē illo rum. de quib⁹ hz verecūdari ⁊ pfundi. ideo sa tis puenienter describit eos dauid. **ps. v.** Sepulcruz patēs ē guttur eoz. ⁊ c. q. d. detractores sūt imūdicie receptiui. qz sepulcruz patēs iniusticie affectiui. qz linguis suis dolose age bant. **Nequicie** infectiui. qz venenū aspidū sub labijs eoz. **De pmo** videndū q sepulcruz pa tens recipit indifferēter corpus mortuū cuius cūqz. ⁊ qz non est clausum eo q ē patens. ideo fetores ⁊ horrores illius quem recipit oibus cōicat. ⁊ omnes accedentes inficit ⁊ corrūpit. **Ito** modo qdā sunt exploratiui criminū ⁊ defectuū. primoz ⁊ eoz qui eis cōuēiūt quo cūqz modo siue sunt iusti siue iniusti. qz nemo sine crimine viuūt. dicit **Catho.** quos qdē defe ctus cuz notauerint oib⁹ publicat vbi possunt nocere. ⁊ qz carēt opculo nihil possunt celare. iō tales imūdi sunt. qz i veteri lege vas qd ca ruit opculo imūdū erat. **Nūeri. xix.** Cū hono rate psonē ppe talia sepulcra non accedunt qz sunt fetētia. horribilitatē autē fetidoz fugiūt. vñ ⁊ ipsimet remanēt pfusi eoz imūdicia ostē sa. **Quia** dicit **Aris.** Qualis vnusquisqz est tali bus delectatur. **Sicut** enī rabidi iuxta talia nō verentē sedere ⁊ qui in sordibus ē sordescat ad huc. **Apo. xxij.** Per oppositum viri sancti et electi defectus frat⁹ suoz q̄tum bona pscien tia pmittit sepeliunt ⁊ occultant. opposites mirrhā cōpassionis ⁊ inuoluentes illos in sin done charitatis. qz charitas opit delicta vnū uersa. **Prover. x.** Et vngentes illos balsamo honeste excusatiōis q̄tū pscia bona pmittit. **Donunt** i sepulcro nouo p discretum modum ordinate increpatiōis. **Excisum** i petra p consensum bone intentiōis. **Secundo** sunt iniusti cie effectiui. qz linguis suis dolose agebāt. cō muniter enī sō specie charitatis ⁊ cōpassionis pponunt venenū maliciose intentiōis. **Et** de quolibet dñ. **illud ps. xliij.** Os tuū abundauit malicia. **Tertio** sunt oīs iniusticie infectiui. quia venenū aspidū sō linguis eoz. istud venenum

Domica quinta post pasce

est valde nocuum. qz sic intorcat q nullo re-
medio curari valeat. Iesus eni ifamia p detra-
ctionem vix vel magna difficultate sanatur. qz
p e venenuz aspidum insanabile. **Deut. xxxij.** Et
est notandum q detractor p illa bestia figurat.
qua vidit Daniel q filis erat vrsi. z tres ordi-
nes dentium erant in ore ipsi. z dictum est ei.
Surge comede carnes plurimas. Dan. vij. In
tribus ordinibus dentium figurant tres modi artifi-
cialiter detrahendi. primus modus est bona que
ho facit diminuere vel male exponere tanq ex
corrupta sint facta intentione vel copatione ad
aliu ostendere. qz no sint ita virtuose vel excel-
leter facta vt decebat. **Secus** modus e defectus
veros z occultos ptra lege charitati publica-
re vl pponere sb intentione fama lededi. **Terti-**
modus est q pessim' est falsa crimina pungere
z innocentibus imponere. **Iti** tres sunt ordi-
nes dentium q in qbusda abundat cōtra quos
ij. Pet. ij. inqt. Deponetes inqt oēs maliciā et
oēs dolum z simulationes z inuidias z oēs de-
tractiones quasi modo geniti infantes lac cō-
cupiscite. **Signāter** docet deponere oēs detra-
ctiones. i. tres modos pdictos. qz omne z to-
tum sup tria ponimus. q signatur p tres ordi-
nes in ore vrsi. **Et** cōsequenter depositis illis
dentibus maliciosis esse debemus sicut infan-
tes qui carentes dentibus mordere nesciūt. et
lac dulcis z suavis affabilitat sine dolo z ma-
licia desiderare vt de vno quoqz nostrz verifi-
cetur illud **1. Cor. iij.** **Pa-** distillans labia tua
mel z lac sb lingua tua. z sic qz tum ad secundū
sermonem quia longa solent sperni zc.

Domica quinta post octauas pasce. Sermo. ij.

Amen di-
co vobis si qd petieritis patrē meū
in nomine meo dabit vobis. **Job. xvj.** **Pli.** in
spe. na. fortis odor rute puenit rosas aperire
cum ipsa fuerit iter rosas plātata. quapropter
hoc scientes hortulani sagaces qui in maio ci-
to maturas rosas habere volētes p crinalib'
fiendis plantant rutas infra rosas. et cum ve-
lint vt rose aperiant mouent rutam ex cui' mo-
tione odor ascendit z facit rosas apiri. **Mora-**
liter p rutam intellige orationē ppter tria. pri-
mo ratione ignitionis. qz ruta e nature feruen-
tissime z plus agrestis q domestica. habet eni
vtutem calidaz z siccā. vt inqt **Phi.** in spe. na.
Sic oratio debet esse feruida p deuotionem vt
mētē calefaciat z inflāmet ad dilectionē vt de-
siccet humore. i. fluxum cogitationuz malaz.
vt dicit **Ans. bel. li. similitudinū. iij. c. xliij.** **Se-**

cūdo ratioe nutritiois. qz ruta gaudet siccita-
te. z nutrit cinere vt crucis possit carere. **Ami-**
citia qdē magna ē sibi cum ficu. sic oratio gau-
det abstinentie siccitate z nutrit cinere hūilita-
tis. ppter pimum diē **Abryso. sup. Mat.** qz an-
tiqui patres quoties orare voluerūt ieiunium
cuz oratioe iunxerunt. **Quia Tob. xij.** **Bona** ē
oratio cum ieiunio. ppter scdm diē **Eccl. xxxv.**
Oratio humiliat se celos penetrabit et donec
appropinquet nō p solabit. z non discedet do-
nec aspiciat altissim'. **Ibi** diē glo. qz quāto hu-
milior ē oratio tāto maiorē effectū hēbit apud
deū. diligit etiā societate z amicitia sic. p ficū
itellige elemosynā. qz sicut ficus ē fructus mi-
tis et dulcis. sic elemosyna debet dari cū mi-
tate z dulcedine pietat. iō dicit moralis. omi-
te tribue p laude xpi petēti. **Si** tibi res defunt
da verba benigna rogāt. **Ad** aut oratio dz eē
socia cuz elemosyna. diē **Abryso. sup. Mat.** in
firma ē oīo q elemosynaz largitio ē inimica.
Tertio rōne munitiois. qz ruta munit z defen-
dit ptra aialia venenosa. **Et** iō diē **Pli.** in spe.
na. qz antiq romani bibebant mustū rutatum
ptra venenū z venenosa z alias passiones. sic
oratio munit z defendit ptra serpētes inferna-
les. qz fm **Aug.** **Oratio** ē diabolo suppletum
iō diē **Piero** in qdā epla. **Egredientes** de ho-
spitio armet oratio egredientib' d platea occur-
ret oratio. z ideo pgrue p rutam intelligit ora-
tio. **Sed** p rosam itellige virginalē cor christi
dñi nrī. qz sic rosa sua pulchritudine visum pa-
scit. **Sic** vginale cor pascit visuz mēt nrē. **Iux-**
illud. **Qui** pascis inter lilia. **Alud** qdē vginē
cor xpi iesu apperit odor fortis nrē oratiois. z
i tātu sibi placet nostra deuota feruida qz oīo
vt qcquid petierimus patrem i noīe ipsi' hoc
dabit nob. vt dicunt verba psumpta. **Amen**
amen dico vob. **In** qbus pncipaliter duo tan-
guntur. videlz exauditiōis securitas ibi. **amen**
amen dico vobis **Potentis** abilitas ibi. **Si** qd
petieritis p **Pro** quo ē notanduz. experientia **B**
docuit in multis q apud liberales dños secu-
rus est paup in suis petionib' vt exaudiat cit'
Nam refert suetonius de **Thito** imperatore q
adeo benignus fuit et liberalis vt neminez a se
sine spe aut munere dimitteret abire. **Et** cū ali-
quando admoneretur ne tanta petentibus p-
mitteret. **Non** oportet inqt a sermone pncipis
quenqz tristem abscedere. z licet aliqui domini
sint adeo liberales vt secure possit ad eos quis
qz accedere spe exauditiōis. videmus tamē q
quilibet volēs ab eis aliqd impetrare aliquos
de familia domini consuevit secum sumere qui
bus habitis abilis pctor accedat. **Spūaliter**
deus pater est dominus omniū liberalissimus

de ruta simili
oratio